275.

Db VI. 26.

J. pr.
q.
38


SVVM
CVI-
QVE.

JOHANNIS DANIELIS REYSERI,
JCti Celeberrimi, Consiliarii, dum viveret, Hassiaci, & Judicii Communis Aulici, quod Marburgi est, Assessoris Ordinarii,

CONSILIA POSTHUMA,

IN QUIBUS

CASUS GRAVISSIMI,

A DIVERSIS IMPERII STATIBUS PARITER AC PRIVATIS propositi, continentur,
&
EX JURE TAM PUBLICO QUAM PRIVATO, FEUDALI AC CANONICO, NEC NON CAMERALI, PAUCIS CRIMINALIBUS ADJECTIS, solidè resolvuntur.

Das ist:

Nachgelassene Rechtliche Belehrungen/

worinnen

Die wichtigsten Gerichts-Fälle/
so wohl von verschiedenen Ständen des Heil. Röm. Reichs/ als auch von andern litigirenden Partheyen vorgelegt/ enthalten/
und
Solche aus dem Jure Publico, beschriebenen gemeinen Keyserl. Lehn- und Päbstl. Rechten/ wie auch aus der Cammer- und Peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung gründlich entschieden;

Von obgedachten Herrn AUTHORE
theils vor sich/ theils Collegialiter mit gröster Sorgfalt elaborirt/ aus Dessen hinterlassenen Schrifften aber nunmehro colligirt/ auch deren Innhalt mit sonderbar nützlichen Summarien ausgeziert und an das Tages-Liecht befördert

Von

IMMANUELE STAUDACHERO, C. B.

Deme noch beygefügt ein vollständiger gedoppelter Blatweiser über die Rechtl. Belehrungen/ wie auch derer vornehmsten hierinn befindlichen Sachen.

Nürnberg/ verlegts Johann Leonhard Buggel / Buchhändler. 1716.

PRÆFATIO

AD BENEVOLUM LECTOREM.

S*Istuntur hîc*, BENEVOLE LECTOR, *Consilia* JOHANNIS DANIELIS REYSERI, JCti *famigeratissimi*, SOCERI *quondam mei etiam post fata omni honoris cultu prosequendi. Quis fuerit* VIR *celeberrimus, qui paucis abhinc annis terrestria hæc cum immortalitate commutavit, & quænam Officia*

 gesserit,

gesserit, Programma INCLYTÆ ACADEMIÆ MARPVRGENSIS *nomine conscriptum & postea subnexum satis loquitur. Plura* B. SOCERI *laudibus à Genero sine assentationis notâ addi vix commodè posse credebam. Opus autem hoc ut publici juris facerem, non solum pietas, quam* BEATE DEFUNCTI *Manibus debeo, sed &* AMICORUM *plurimorum, qui ejus informatione cum insigni fructu quondam usi fuerunt, preces me commoverunt. Cæterum quantâ curâ Responsa hæc sint conscripta, quantâ ubivis doctrinâ & soliditate referta, ex eorum perlectione facilè constabit. Ast cum in loco remotiori prælo fuerint commissa, excusabis, si fortè sphalmata quædam Typographica, quibus mederi integrum mihi haud fuit, irrepserint. Interim vale & pro candore tuo omnia benè interpretare.*

LECTO-

LECTORIBUS SALUTEM,
CUM
OMNIGENÆ FELICITATIS VOTO:
JOH. HENRICUS Kleinschmidt/
J. V. D. ET PANDECTARUM PROFESSOR,
& hodiè Officio Rectoris hujus Academiæ
decessurus: precatur.

EA est B. L. Rerum humanarum conditio: Ut nihil sit omni ex parte in hac mortalitate beatum, nihil omnis miseriæ & calamitatis expers: Nihil, in quo minùs nostris optatis fortuna respondeat; quàm rerum charissimarum possessione diuturnâ: Et quæ solida, firmisque nixa radicibus putantur, temporis momento evertat. Idem quoque Ego cum Celeberrima ac Nobilissima Reyseriana Familia in exitu anni elapsi experti sumus: Dum enim lætus atque gaudio plenus Officium Rectoris anno præterito à Senatu Academico mihi demandatum iterum deponere meditabar; Quòd Hassia Nostra neque in summis Imperantibus, neque in Consiliariis, neque in Doctoribus atque Professoribus ullum passa fuerit detri-

mentum atque jacturam: deprehendi veritatem illius Ovidii:

Scilicet interdum miscentur tristia lætis.

Nam Eheu!

prius Vobis, Proceres atque Cives Acedemiæ honoratissimi, charissimi; Funus & obitum Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi Viri, Dn. *Johannis Danielis Reyseri*, J. V. D. & JCti famigeratissimi: Generosæ atque Nobilissimæ Familiæ Schenckianæ de Schweinsberg Juridici ac Syndici, nec non Judicii Hassiæ Provincialis Supremi Assessoris atque Consiliarii gravissimi: Amici atque Fautoris mei desideratissimi: non absque mœrore & luctu indicere cogor. Duxit verò Vir Nobilissimus, Clarissimus, Jurisque Consultissimus, nunc piæ memoriæ, vitæ exordium hic Marburgi Anno Redemptionis nostræ supra sesqui-millesimum quadragesimo, 8. (19.) Januarii, hora decima vespertina: Patrem habuit acerrimi judicii, Dominum Johannem Reyserum: Serenissimorum Principum Hasso-Darmstadiensium à Consiliis redituum Cameralium per quinquaginta & novem annos Primarium & Seniorem, meritissimum & fidelissimum: Matrem verò Matronam Nobilissimam atque Honestissimam, Catharinam Margaretham: ex Nobilissima atque Celeberrima Linckeriorum Familia ortam. Qui laudatissimi ejus Parentes statim filiolum hunc suum Christo Salvatori per sacrum fontem manciparunt, spondente

dente pro eo Viro Spectatissimo atque Gravissimo, Domino Daniele Seipio, tunc temporis Quæstore hic Marburgi fidelissimo: qui illi suum ac prælaudati Parentis nomen dedit, atque Johannem Danielem appellavit. Cùm autem prælaudati Parentes singularem indolem in hoc suo filio deprehenderent, non ignari liberalis educationis atque disciplinæ vim tantam esse in rebus humanis, ut paulatim transeat in mores, & ipsius naturæ vigorem obtineat, Illum Musis consecrarunt, & bonis literis erudiendum curaverunt: Primùm hic Marburgi domesticis Præceptoribus, posteà in illustri Pædagogeo Gissæ (quorsum ejus Parentes domicilium ad tempus transtulerunt) sub ductu & informatione Viri Clarissimi & Acutissimi Domini Casparis Ebelii Philosophiæ Professoris & Pædagogiarchæ Celeberrimi atque fidelissimi, à quo etiam anno 1656. sexto die Septembris, speciminibus quibusdam Oratoriis atque Poëticis Græcè atque Latinè elaboratis & habitis è carceribus classicis liberatus & ad Lectiones publicas promotus in Matriculam Studiosorum ibidem receptus est. Primis itaque studiorum fundamentis in Academia laudata feliciter jactis & positis ad Universitatem Fridericianam, tunc temporis Jenæ florentissimam, studia sua continuandi gratiâ anno sequente 1657. die 21. Sept. à Domino Parente fuit ablegatus, ibique die trigesimo ejusdem mensis, à p. t. Rectore Universitatis, Dno Schenck, Me-

dicinæ Doctore ac Professore, Albo Academico est inscriptus: Ab Johanne Ernesto Gerhardo verò Theologiæ Doct. & Professore Ordinario per commendationem Dni Parentis, cui fuit familiaris, liberaliter fuit receptus, ejusque auspiciis summâ diligentiâ, assiduitate atque vigilantiâ studium Philosophicum continuavit, & in Logicis atque Metaphysicis Magistrum artium Dn. Zeschen, & Dn. Magistrum Lobern, Facultatis Philosophiæ Adjunctum acutissimum habuit Doctores atque Præceptores: cui studio Philosophiæ Theoreticæ etiam junxit studium Philosophiæ Practicæ, ductu atque informatione Dni Professoris Olpei, sub cujus etiam præsidio specimen publicum politicum de Rebus publicis mixtis: in Logicis & Philologicis verò, de Nomine & Verbo: Præside prælaudato Magistro Zeschenio edidit: iisque testatus est, quod etiam in Historicis & stylo Latinitatis se diligentem exhibuerit. Quibus tamen non fuit contentus, sed Gissam ad Academiam domicilii reversus: dum cum Xenophonte probè intelligeret, Artes πυγὰς τῶν καλῶν omnium bonarum rerum fontem esse & scaturiginem: Studium Philosophiæ practicæ apud Professores atque Doctores tunc temporis in patria sua Academia celeberrimos, Dn. Doctorem Eyben, Professorem Juris extraord. & D. Dr. Lebleum, Profess. Pandect. & Politices continuavit, suamque in illo studio adhibitam diligentiam anno 1658. die quarto Decembris iterum specimine

publi-

publico, *de Actionibus humanis*, Præside D. Magistr. Weisen, Professore Moralium publico comprobavit. Cùm humanioribus itaque literis probè instructus esset, earum adminiculo excitatus & fretus ad altiora fastigia ascendendum sibi aspirandumque esse duxit: ac proinde sine ulteriore morâ ad nobilissimum sacratissimæ & saluberrimæ Jurisprudentiæ studium animum suum appulit in eadem Academia: ut in quâ fato quodam singulari, per commendationem optimi Parentis Reyseri, doctrinâ singulari atque accuratâ celeberrimum auctoritate atque dignitate summâ Jure-Consultissimum Virum, Dominum Johannem Taborem Universitatis Cancellarium & Facultatis Juridicæ Professorem primarium, Professorem, Doctorem atque Præceptorem, imò Patrem nactus fuit: cujus ductu ac methodica informatione, uti & cæterorum Professorum studio ita profecit, ut intra triennium totum curriculum Juris absolverit, illudque plurimis speciminibus, & inter illa duabus publicis disputationibus, una *de Mandato & Societate:* altera *de Contractibus innominatis*: omnibus & singulis, Prælaudato Viro Magnifico Tabore Præside, demonstraret: & quidem ita, ut non solùm à Præside suo, sed etiam ab aliis Professoribus Licentiâ capessendi summos in utroque Jure honores dignus judicaretur, & ad illam capessendam incitaretur: Quod etiam fortassis non detrectasset, nisi cum Parente ejus charissimo domicilium

iterum mutante hùc Marburgum nativitatis ſuæ locum anno 1662. reverti conſtituiſſet: Idque eò fecit libentiùs; quòd, ut indè usque ab initio Facultas Juridica in hac Illuſtri Academia, Deo dante, fatoque ſuo quodam ſingulari excelluit; ita etiam tùm floruit & commendata fuit plurimùm, propter doctrinam accuratam, auctoritatem & dignitatem ſummam Juris Conſultiſſimorum Virorum, Dn. Doctoris Erici Graffii, Dn. Johannis Kleinſchmidii, Parentis mei deſideratiſſimi: Dn. Joh. Hartm. Kornmanni, & aliorum: qui omnes Jus utrumque Cæſareum & Pontificium feliciſſimè Auditores docebant, & negotia hujus & aliarum Provinciarum ardua providè & gloriosè explicabant; ut ex illorum JCtorum converſatione atq; informatione tàm publicâ quàm privatâ proficere poſſet; non ignarus illius Fabri in Rubr. Proëm. Inſt.

Si quis forte velit Juriscon ſultus haberi.
Continuet ſtudium, velit à quocumque doceri.
Invigilet nec vincat eum tortura laboris.
Fortior inſurgat, cunctisque recentior horis.

Hos itaque Viros cùm duces & quaſi vindices adeptus eſſet Juris ſtudii ingenioſiſſimos & acutiſſimos, eorum præcipuè operâ & inſtitutione aſſiduâ uſus: ita SStæ Jurisprudentiæ caſtris militavit ſtrenuè, ita deſudavit, ita denique profecit egregiè, ut brevi, non artem tantùm boni & æqui, ſeparantem juſta ab injuſtis, diſcernentem æqua ab iniquis, licita ab illicitis, diſcendo atque docen-

do

do affecutus ſit, ut etiam Ipſe maturè magnus Doctor & Cauſarum Patronus meritò effectus, & ab extraneis deſideratus fuerit. Cùm autem defuncti noſtri Reyſeri Parenti placuerit hunc filium ſuum hîc Marburgi retinere, ex ejus conſilio ſelectum Oblationis argumentum pro congreſſu inaugurali conſcripſit, & anno 1666. die 15. Nov. publicè cum applauſu Auditorum ac Profeſſorum defendit; quô præſtito, & cæteris conſuetis examinibus exantlatis, Licentiâ capeſſendi ſummos in utroque Jure honores Ipſi cum laude eſt conceſſa: Qui Doctorales Honores Illi poſtmodum in anno 1670. die 2. Junii, cum aliis Candidatis, à prælaudato JCto Dno Johanne Hartmanno Kornmanno, J. U. D. & Jur. Can. Profeſſore, & tunc temporis Brabeuta ſolenniter ſunt collati. Quibus obtentis uti & anteà plures habuit vocationes, quas tamen omnes cum ſingulari modeſtia recuſavit, & maluit eſſe ſuus, quàm alienus: idque ex conſilio optimi ſui ſenio confecti Parentis: qui ſatiùs eſſe duxit in patria manere & honeſtè atque modeſtè vivere, quam apud Extraneos quæſtum quærere: Ubi etiam docendo Jura (veniâ ad hoc à Facultate Juridica priùs impetratâ) ita ſe die noctuque præbuit, ut non ſine gloria militaſſe dici queat: uti hoc plures egregii Viri Nobiles atq; Eruditi, qui ejus informatione uſi ſunt propriis teſtantur exemplis. In advocandi & in jure reſpondendi munere obeundo omnem diligentiam, omnem curam, omnes cogitationes eo contulit, ut

Amicorum, ut Civium, ut Patriæ necessitatibus consuleret; laborantibus succurreret; subveniret afflictis; oppressos ope & consilio adjuvaret; gloriosæ vocis confisus munimine injuriam passos & innocentes quovis modo defenderet; longe alium scopum habens quàm Forenses Rabulæ. Ob hanc itaque jura atque justitiam administrandi sinceritatem ac peritiam non solùm Nobilissima Gens & Familia Schenckiana Schvveinsbergæ piè nostrum defunctum Dn. Johannem Danielem Reyserum ipsorum Juridicum atque Syndicum anno 1694. die 29. Julii constituit, sed etiam Serenissimus Princeps noster Carolus, Dominus noster Clementissimus, Illi præ alio cum illo à Serenissimo Principe Hasso-Darmstadiensi, Dn. Ernesto Ludovico, ad Assessoratum Curiæ supremæ Hassiacæ, sive Judicii communis, ut vocant, Aulici, præsentato, ob ejus benè merita de bono publico & de Re literaria in hac nostra Civitate conferendum credidit, & eodem anno 1694. die 4. Octobris illud officium Principali diplomate decrevit: quibus officiis etiam ad terminum suæ vitæ laudabiliter functus, & jam defunctus est. Conjugium ejus quod attinet, sciendum, quòd JCtus Noster Reyserus anno, quo Doctoralia insignia Illi sunt collata, nimirum 1670. die 21. Novembr. præmisso parentum suasu & consensu; animi pietate, morum honestate & castitate conspicuam Virginem Doro, theam Bierau; Viri spectatissimi, gravissimi

visſimi Dni Eberhardi Bierau Patriæ Civitatis quondam Senatoris & Conſulis prudentisſimi, meritisſimi, filiam unicè dilectam conjugali ſibi ſociaverit vinculo; cum qua unum & viginti annos & aliquot menſes optatum duxit matrimonium, idque non infœcundum; octo enim procrearunt liberos; filios tres, & filias quinque; quibus ex numero liberorum perceptis gaudiis atra tamen mors ſuos poſuit limites, cum ante obitum dilectæ matris hos dilectisſimos Parentes duobus filiis & quatuor filiabus iterum privaret, & par ſolummodo liberorum, ſcilicet unum filium & filiam unam, poſt mortem chariſſimæ Conjugis mœſtiſſimo Viduo, defuncto JCto Reyſero, ſolatio relinqueret: Verùm nec hoc fuit diuturnum: Nam pauco poſt Matris obitum triſtis ei afferebatur nuncius, quod filius ejus unicus Theologiæ Studioſus & optimæ ſpei Juvenis febri maligna in Univerſitate Lipſienſi ſtudiorum degens ſit corruptus, imò ereptus: Quô ipsô deſiderium chariſſimæ defunctæ Conjugis, (quam anno 1691. cum ſperata prole in utero matris amiſerat, æque ac liberorum defunctorum graviſſimè fuit renovatum: cùm ſe filio unico orbatum, Familiam autem Reyſerianam ſucceſſore & propagatore privatam ſentiret, qui votum viduitatis poſt mortem charisſimæ uxoris præſtitum ad articulum mortis ſervaturum ſibi propoſuerit, idque ſanctè præſtiterit, adeoque omnem ſpem ac ſolatium in Chriſto Salvatore ſuo quæſivit: Religione enim ſincera & pietate (quæ inter omnes virtutes principem tenere debet locum) JCtus Noſter nihil habebat prius, nihil antiquius. Hujus amore flagrabat: ſic eam ſemper colebat, ut non priùs ullà de re aliâ ſuſcipienda cogitaret, quam vel concionem ſacram audiviſſet: vel caput aliquod è Bibliis Sacris, aut probati alicujus Theologi monumentis & legiſſet diligenter, & animo mandaſſet fideliter. Noverat enim verbo divino edoctus conſultatio-

tationibus & actionibus hominum Deum invocatum adesse, easq; ad scopum dirigere felicem. Verùm cùm JCtus Noster Reyserus præclaram Rei literariæ, studio juridico, ejusque Cultoribus, Reique publicæ navasset operam, & omnes naturæ suæ vires in annum septuagesimum tertium usque studiosissimè & vehementissimè exercuisset: ejus valetudo infirmior ac imbecillior esse, ac ab aliquo tempore gravissimo affectu asthmatico laborare cœpit: quapropter cum deprehenderet terminum vitæ appropinquare, saluti consulturus fidem constantissimam contra omnes Satanæ impetus confirmaturus sanctissimum Christi Corpus & pretiosissimum Sanguinem paucos dies ante obitum summa devotione, reverentiâ pietateque sumpsit, atque ita cum Deo & Christo suo Redemptore reconciliatus Divino beneplacito se totum humillimè submisit, & die 25. Decembr. anni heri finiti 1712. ipso die partui Virgineo sacro inter horam septimam & octavam matutinam animam Deo suo reddidit, cùm in hac mortalitate & miseria vixerit 72. annos decem menses & 25. dies. Reliquum est Proceres ac cives hujus Academiæ omnium Ordinum honoratissimi, ut benevolum nostrum animum ergà piè defunctum, & de Republica literaria benè meritum etiam post mortem conducendo funus ad locum sepulturæ testemur, ultimumque Ei exhibeamus pietatis officium: Quare eâ qua par est reverentiâ atque humanitate rogo, ut proximo die Martis, qui erit tertius mensis Januarii gratiâ divinâ Novi inchoati Anni 1713. ad ædes piè defuncti frequentes convenire, funusque ejus decente ordine sequi velitis: Quô factô luctum mœstissimæ relictæ Filiæ, Matronæ honestissimæ, Generi atque Fratris non parùm levabitis; Me verò Vestræ continuæ erga me benevolentiæ eò certiorem reddetis, si deprehendero etiam has meas ultimas preces & invitationem Rectoralem non minùs ponderis, quàm anno 1691. quô anno, nescio quô fato: etiam funus charissimæ Defuncti Uxoris quà Pro-Rector indicere cogebar, apud Vos, Commilitones atque Collegæ charissimi suavissimi, & nunc fuisse. Valete, P. P. Ipsis Kalendis Januarii Anno M. DCCXIII.

SERIES

SERIES CONSILIORUM

per RATIONES DUBITANDI & DECIDENDI
plenissimis discussorum,
immixtis QUÆSTIONIBUS JURIDICIS
Triturâ forensi examinatis.

CONSILIUM I.

Sequentes continet Quæstiones maximè ad Materiam Emtionis & Venditionis pertinentes.

An Consorti altero irrequisito partem suam quo indiviso alienare liceat?
Ob einem Consorten ohne des andern Vorbewust seinen Antheil pro indiviso zu veräussern erlaubt?
Nudi Tractatus quomodo à contractu differant?
Wie blose Tractaten von einem Contract unterschieden?
An ab Emptione Venditione perfecta resilire liceat?
Ob von einem einmal getroffenen und vollkommen geschlossenen Kauff wieder abzuspringen erlaubt?
Si terminus solutioni destinatus præterlapsus, quænam actio detur?
Wann mit dem verglichenen Ziel zu bestimbter Zeit nicht eingehalten worden / was vor eine Action Platz ergreiffe?

Pro Nobili & Fratre quænam militet præsumtio?
Was vor eine Vermuthung einer von Adel und Bruder vor sich habe?

An Coloni vel Proxenetæ ad testificandum admittendi?
Ob Hof-Leute oder Unterhändler als Zeugen zuzulassen?

Quatenus Juramentum purgatorium á Reo præstitum juranti prosit?
Wie weit das von dem Beklagten abgeschworne Juramentum purgatorium selbigem zu gut komme?

Qualem effectum cessio inducat?
Von der Würckung einer Cession?

Quando Emptor primus secundo præferendus?
Wann der erste Kauffer dem zweyten vorzuziehen?

An res litigiosa alienari possit?
Ob ein strittiges Gut veräussert werden könne?

Utrum socius sive consors extraneo Emptori præferendus, & Retractus ex capite vicinitatis quando locum obtineat?
Ob ein Consort einem frembden Käuffer vorzuziehen / auch wann und zu welcher Zeit die Marck-Losung statt finde?

Contractus emptionis quando pro perfecto habeatur?
Wann der Kauff-Contract vor vollzogen zu halten?

An proprietas fundi, in quo alteri ususfructus competit, alienari possit?
Ob der Eigenthum eines Guts / woran einem andern der Abnutzen zukombt / veräussert werden könne?

Quatenus membra universitatis testes idonii reputentur?
Wie weit die Zeugen aus einer Gemein vor tüchtig zu achten?

Juramentum litis decisorium morte jurantis confirmatum quidnam operetur?
Von dem Effect, so das durch den Tod bestättigte Juramentum litis decisorium nach sich ziehe.

Quanam

Quanam actione à Contractu emtionis resolvens conveniendus?
Was vor eine Action gegen den jenigen / so von einem Kauff abgehet / anzustellen?
An Testibus variantibus & contradicentibus fides habenda?
Was von Zeugen / so sich selbst widersprechen / zu halten?
Solutio quomodo probanda?
Wie die Zahlung behörig zu erweisen?
An cancellatio Instrumenti ab altera parte insecuta Emptoris approbatio contractum semel initum tollat?
Ob die Zerreissung der Kauffertul andern Theils daraus erfolgte Genehmhaltung den einmal errichteten Contract aufhebe?
Ut cessio subsistat, quænam requirantur?
Was zur Gültigkeit einer Cession erfordert werde?
Quales cautelæ circa depositionem pretii nec non traditionem fundi venditi observandæ?
Was vor Cautelen bey Hinterlegung des Kauff Gelds und Ubergab eines verkaufften Guts zu beobachten?
Quatenus Creditor antichreticus possideat?
Wie weit dem Creditori antichretico der Besitz zukomme?
An retractus Metrocomiæ in Hassia receptus & quonam spatio?
Ob die Marcklosung in Hessen hergebracht / und wann solche vorgenommen werden müsse? 1, 2, & 3

Consilium II.

In Puncto venditorum & cessorum Bonorum.
Von verkaufften und angewiesenen Güttern. 73

CONSILIUM III.

Circa Pactum de non alienando prædium inter coheredes conditum & reservatum Retractum conventionalem.

Von einer unter Mit-Erben durch Vergleich verbottener Veräusserung eines Guts und vorbehaltenem Näher-Recht. 85

CONSILIUM IV.

An Emptor rei alienæ, quia in ejus qualitatem curiosè non inquisivit, ad restitutionem fructuum tam perceptorum quam percipiendorum teneatur?

Ob der jenige / so ein frembdes Gut kaufft / von deßwegen / weiln solcher dessen Zustand nicht genau erforschet / zu Erstattung der erhobenen und zu erheben gestandenen Früchten gehalten seye? 105

CONSILIUM V.

An Dominium directum etiam in fœminas transeat, hæque etiam Feudorum Regalium & clientelæ sint capaces?

Ob der Ober-Eigenthum auch dem weiblichen Geschlecht/wie auch Land- und Herschafften benebenst der Schutz-Gerechtigkeit angedeyhe?

An etiam in Subfeudis nec non Feudis ex pacto & providentia succedant?

Ob solche auch in denen Affter- und Mann-Lehen succediren?

Expectativa quale Jus in Subfeudo tribuat?

Was vor Recht aus der Anwartung eines Affter-Lehens erwachse?

Quid

Quid Juris, si Domino sine prole masculâ decedente illud ad Dominum primum devolvatur?

Was Rechtens sey / wann bey Abgang des Lehen-Herrns ohne Männliche Erben das Affter-Lehn dem Ober-Lehen-Herrn anfällt?

An Feuda Imperii consolidationi sint obnoxia, & cum Subfeudis inde dependentibus Sub-Vasallo acquirantur?

Ob bey denen Reichs-Lehen die Vermischung des Eigenthums statt finde / und selbige nebst denen darvon dependirenden Affter-Lehen auf den Affter-Lehemann verfallen? 113. 114

Consilium VI.

An pecunia à Patre in emptionem feudi novi pro heredibus masculis collocata vel feudi empti æstimatio detractioni Legitimæ subjaceat, eamque filia de jure prætendere valeat?

Ob in dem Fall / da der Vatter ein neu Mann-Lehen erkauffet / dessen Tochter die Legitimam von dem Kauff-Schilling oder den Werth des erkaufften Lehen-Guts anzuheischen befugt?

An feudo hoc pro majori pretio iterum vendito illa pecuniæ ex feudo redactæ similiter fiat particeps?

Wann sothanes Lehen nachgehends höher verkaufft wird / ob selbige an dem daraus erlösten Kauff-Geld Theil habe? 177

Consilium VII.

In materia Ædilitii Edicti circa equum venditum, qui in itinere lapsu periisse dicitur.

In puncto Ædilitii Edicti ein verkaufftes Pferd / so durch einen auf der Reiß gethanen Fall beschädiget worden / und kurtz hierauf crepiret / betreffend. 187

CONSILIUM VIII.

Rotulus examinis & atteſtationum, cujus ſumptibus edendus & communicandus?

Auf weſſen Koſten der Rotulus auszulöſen und mitzutheilen. 189

CONSILIUM IX.

An Articuli Reprobatoriales poſt teſtimonia jam tum publicata & dictata admittantur?

Ob Articuli Reprobatoriales nach geführten und allbereits Gerichtlich publicirten Beweißthum zuläßig? 196

CONSILIUM X.

Quomodo Teſtamentum, quod factum eſſe negatur, probandum?

Welcher Geſtalt ein Teſtament, ſo abgelaugnet wird / zu erweiſen?

De Transactionibus invalidis atque validis, ubi ventilatur quæſtio: An Remedium *L. 2. C. de reſcind. vend.* etiam in Transactione obtineat?

Von ungültigen auch gültigen Vergleichen / wobey die Frage unterſuchet wird: Ob das Remedium *L. 2. C. de reſcind. vend.* auch in Transacten ſtatt finde?

Quænam actio contra Vitricum intentanda? honeſtarum perſonarum aſſiſtentia & Magiſtratus decretum quale Transactioni robur addat?

Wie ein Vergleich / vermittelſt ehrlicher Leute Beyſtand und Obrigkeitlicher Bekräfftigung zu beſtärcken?

Quid

Quid juris circa prætensam defraudationem Legitimæ, læsionem ac restitutionem Minorum, Transactionem geminatam ac Renunciationem Læsionis enormissimæ?

Was Rechtens / bey angeblicher Verkürtzung der Legitimæ, Vervortheilung und Restitution derer Minder-jährigen wiederholter Transaction, auch wann der Læsioni enormissimæ renuntiiret worden?

Quatenus Transactio per noviter reperta Instrumenta rescindenda?

Wie ein Vergleich wegen neugefundener Documenten wiederum aufzuheben?

CONSILIUM XI.

Super donatione omnium bonorum inter vivos nec non Fideicommisso universali.

Uber eine Schenckung aller Gütter unter Lebendigen / wie auch ein Universal-Fideicommiss. 243

CONSILIUM XII.

Circa Fideicommissum controversum.

Von einem strittigen Fideicommiss. 249

CONSILIUM XIII.

Quatenus Substitutio pupillaris ab Aviâ in Testamento facta non jure Substitutionis sed Fideicommissi valida sit?

Wie weit eine von einer Groß-Mutter in ihrem Testament verfügte Substitutio pupillatis nicht als eine Substitution sondern Fideicommiss kräfftig seye?

An Patri Legitima Testamento intercipi possit?
Ob einem Vatter seine Legitima durch Testamentarische Verordnung entzogen werden könne? 256

Consilium XIV.

In eadem Materia.

An præteritio Patris Testamentum ab Aviâ conditum ipso jure nullum reddat, vel illud mediante clausula codicillari salvetur, adeò ut Pater Legitimam tantum prætendere valeat?
Ob sothanes Altvätterliche Testament durch Verkürtzung des in seiner Legitima von Rechtswegen null und nichtig seye oder vermittelst der Clausulæ Codicillaris bestehen könne / und der Vatter allein besagte Legitimam anzuheischen befugt? 263

Consilium XV.

An Avia pupillariter substituere valeat?
Ob eine Großmutter pupillariter substituiren könne? 269

Consilium XVI.

De desertione & omissâ prosecutione appellationis interpositæ & introductæ, nec non cumulatione nullitatis insanabilis.
Ob und welcher Gestalten einer interponirten auch forters introducirten Appellation durch deren unterlassene Fortführung renunciiret / und selbige vor desert zu achten / auch die Nullitäten-Klage mit selbiger zugleich cumuliret werden könne? 272

Consi-

Consilium XVII.

An desertâ Appellatione executio Sententiæ fieri possit, tametsi in integrum restitutio petita & in sententiâ reservata fuerit?

Ob bey versäumter Appellation die Execution des Urtheils zu vollziehen / obschon der appellirende Theil dargegen Restitution gesucht / solche auch in dem Urtheil vorbehalten worden? 295

Consilium XVIII.

De connexitate causarum nec non nullitate ex defectu jurisdictionis proveniente.

Von der connexitate causarum und wegen ermangelter Bottmäßigkeit entstehender Nullität.

An ad Judicem, qui super nullitate cognoscit, causa etiam principalis devolvatur?

Ob dem jenigen Richter / so die Nullität untersucht / auch die Haupt Sach zu erörtern zukomme?

Utrum desertâ Appellatione etiam nullitas deserta censeatur, & Appellationis atque Nullitatis remedia cumulari possint?

Ob / wann die Appellation desert, hierdurch auch die Nullitäts-Klag desert worden / auch jene mit dieser zugleich vorstellig gemacht werden könne? 300

Consilium XIX.

Continentia causæ quonam fundamento substantialiter nitatur?

Auf was vor einen Grund die continentia causæ eigentlich bestehe? 309

CONSILIUM XX.

De Jure Retractus, alienatione atque cessione rei vel Juris litigiosi nec non remissione pretii in fraudem alterius facta.

Vom Näher-Kauff-Veräußerung und Uberlaßung eines strittigen Guts oder Rechts / auch Verringerung des Kauff-Schillings einem andern zum Nachtheil. 313

CONSILIUM XXI.

De Revocatione Pactorum totalium per Testamentum confirmatorum, condito Testamento revocatorio, nec non distractione domus dotalis.

Von Wiederruffung aufgerichteter und durch ein Testament bestättigter und wiederholter Ehe-Pacten / Errichtung eines anderwärtigen widerrufflichen Testaments auch Veräusserung einer zum Braut-Schatz mitgegebenen Behausung. 321

CONSILIUM XXII.

Quando Pacta dotalia in vim ultimæ voluntatis vel instar contractus erecta?

Wann die Ehe-Pacten in Form eines letzten Willens oder Contracts errichtet worden?

An præter paciscentium consensum & subscriptionem etiam Testium præsentia ad eorum subsistentiam pertineat?

Ob

Ob benebenst dem Consens und Unterschrifft der Vertrauten / darbey auch gewisse Zeugen erfordet werden? 346

CONSILIUM XXIII.

Quatenus Mulier, quæ mediante antenuptiali sibi prospexit, ad æs alienum à Marito contractum obstringatur.

Wie weit eine Frau vor ihres Manns Schulden / worgegen selbige in denen Ehe-Pacten sich verwahret / zu stehen verbunden?

Ad recipiendam solutionem nec non compensationem quænam requirantur?

Was zu Erhebung einer Schuld-Forderung und Compensation ferner erfordert werde?

De Fidejussione per Instrumentum cautionis Creditori transmissum celebratâ.

Von einer Verbürgung / so vermittelst eines dem Creditori übermachten Cautions-Scheins eingegangen worden.

An Forum contractus vel domicilii ratione fidejussionis & fori inde fundandi attendatur?

Ob auf das Forum Contractus oder Domicilii wegen sothaner Bürgschafft das Absehen zu nehmen?

An Mulier pro debito à Marito ante matrimonium contracto interveniens eoque nomine indemnitatem promittens efficaciter obligetur?

Ob eine Frau vor die von ihrem Mann vor ihrer Verheyrathung gemachte Schuld / wovor selbige sich nachgehends eingelassen und gut gesprochen / zu stehen / mit Bestand geheißen werden könne? 359

CONSILIUM XXIV.

An Mulier quoad communem negotiationem quam cum Marito exercuit, obligetur?

Ob eine Ehe-Frau wegen des mit ihrem Mann geführten gemeinen Handels verbunden?

Quatenus Heres universalis pro debitis Testatricis teneatur? ubi de transactione judiciali nonnulla simul adduntur.

Wie weit ein Universal-Erbe vor der Erblasserin Schulden zu stehen gehalten? Worbey zugleich von gerichtl. Vergleich einiges mit beygefüget wird. 383

CONSILIUM XXV.

In causa Debitorum mutuorum inter viduam christianam & Judæum controversorum, ubi etiam materia recusationis juramenti delati, pravitatis usurariæ, falsificationis libri domestici, compensationis mutuarum prætensionum, exceptionis non numeratæ pecuniæ, SCti Vellejani, nec non juramenti oblati &c. solide examinatur.

Von einigen zwischen eines Christen Wittib und einem Juden strittigen Forderungen und Gegen-Forderungen/ worbey verschiedene andere Fragen/ als von Verweigerung des übertragenen Eyds übermäßigen Wuchers/ Verfälschung des Schuld-Buchs/ Vergleichung beyderseitiger Schuld-Forderungen/ der Exception non numeratæ pecuniæ, SCto Vellejano, wie auch selbst-angebottenen Eyd &c. gründlich erörtert werden. 398

CONSILIUM XXVI.

An Debitor principalis, qui ſolvendo eſt, prius conveniendus & executiendus, licet Fidejuſſor omnibus beneficiis juris renunciaverit?

Ob der Haupt-Schuldner / wann ſolcher zu bezahlen hat / erſtlich zu belangen / obſchon der Bürg aller Rechtl. Wohlthaten ſich begeben? 451

CONSILIUM XXVII.

An Vaſallo etiam ſine Domini conſenſu dotalitium viduæ in feudo conſtituere ſit permiſſum?

Ob einem Vaſallen erlaubet ohne Lehen-Herzliche Bewilligung einen Wittumb auf dem Lehen zu vermachen?

An Victor ſuper expenſis ſententiâ obtentis & præviâ Judicis moderatione determinatis juramentum præcisè præſtare teneatur?

Ob die zuerkannte und von dem Richter moderirte Unkoſten nothwendig vermittelſt eines Eyds zu erhärten?

Quid circa extrajudiciales judicandum?

Was mit denen Extrajudicial-Unkoſten es vor eine Beſchaffenheit habe? 453

CONSILIUM XXVIII.

An Bona in dubio pro Feudalibus vel Emphyteuticis ſint habenda, hæcque validè alienari queant?

Ob Gütter / wann hierüber Zweiffel vorfällt / vor Lehen oder Erb-Zinß-Gütter zu halten / und dieſe letztere mit Beſtand veräußert werden können? 458

CONSILIUM XXIX.

An onus dotalitii pro reali seu feudo inhærente sit habendum & nudus Successor feudalis, qui in Bonis Allodialibus non succedit, ad illud obstringatur.

Ob die Wittums-Verpflegung vor eine Real-Beschwerde eines Lehens zu halten / und ein bloser Lehens-Agnat, so in denen Erb-Güttern nicht succediret / zu deren Abtrag verbunden seye?

An post viduæ mortem ipsius heredes reditus dotalitios justo tempore non solutos exigere valeant?

Ob nach der Wittib Tod der Nachstand / daferne solcher zu behöriger Zeit nicht entrichtet worden / von ihren Erben eingeklaget werden könne? 472

CONSILIUM XXX.

In puncto Successionis feudalis inter Collaterales controversæ.

Von einem unter Collateralen strittigen Lehens-Anfall. 478

CONSILIUM XXXI.

An Jus primogenituræ à Comite per Testamentum & Codicillos noviter introductum pro valido reputetur.

Ob das von einem Reichs-Grafen vermittelst einer Testamentarischen Verordnung und Codicillen neu-eingeführte Recht der Erst-Geburt vor gültig zu achten? 494

CONSI-

CONSILIUM XXXII.

De Querela Spolii ejusque restitutione, pravitate usuraria & exstincta sorte, nec non nullitate aliisque exceptionibus.

Uber eine Spolien-Klage und dessen Wiedererstattung übermäßigen Wucher und erloschenen Capital, wie auch von Nullitäten und andern Exceptionen. 508

CONSILIUM XXXIII.

Circa operas indeterminatas à subditis denegatas, ubi plures moventur quæstiones.

Von ungemeßenen an Seiten der Hintersaßen geweigerten Frohn-Diensten / worbey verschiedene Fragen erreget werden.

An Copia in Archivo publico recondita plenam fidem mereatur?

Ob einer im Archiv verwahrten Copey völliger Glauben beyzumessen?

Quatenus observantia in puncto operarum respicienda?

Wie weit auf das alte Herkommen wegen sothaner Dienste die Absicht zu nehmen?

Quid juris, si sub certa æstimatione precariò ac literis reversalibus à Domino acceptis præstitæ?

Was Rechtens / wann solche gegen Bezahlung / Bittweiß oder gegen einen von dem Gerichts-Herrn zuruck gegebenen Revers verrichtet worden?

An amissio documenti juramento probanda?

Ob ein verlohrner Schein vermittelst Eyds zu erhärten?

An petitori jus exigendarum operarum docere incumbat, & pro libertate præsumatur?

Ob

Ob dem jenigen / so zu denen Diensten berechtiget zu seyn vorgiebt / solche zu erweisen obliege / und vor die Exemtion die Vermuthung stehe?
An operarum præstatio pro fructu Jurisdictionis reputanda?
Ob die Frohn-Dienste vor ein nutzbahres Stück der Gerichtbarkeit zu halten?
An Servitia Transactione judiciali determinata extendenda, subditique ad Castrum novum à Domino exstruendum vel vetus reparandum concurrere debeant?
Ob ausser denen in einem Gerichtlichen Recess ermeldte Dienste mehrere mit Fug gefordert werden können / auch die Unterthanen ihrem Herrn zu Aufrichtung oder Erhaltung des Ritter-Sitzes beyzuspringen schuldig?
Quænam distinctio inter operas, quæ Dominii & econtra Jurisdictionis intuitu debentur, observanda?
Was vor ein Unterschied zwischen denen jenigen Diensten / so in Ansehung des Eigenthums oder der Gerichtbarkeit geleistet werden müssen in acht zu nehmen?
Quando operæ pro pertinentiis Castri sint habendæ?
Welcher Gestalt die Baudienste unter die An- und Zugehörungen eines Ritter-Guts zu rechnen?
An intentio Domini Castri contra subditos tàm in Petitorio quàm Possessorio sit fundata?
Ob des Burg-Herrn Suchen so wohl in Petitorio als Possessorio gegen dessen Hintersassen gegründet? 525. 526

CONSILIUM XXXIV.

An Opificis inviti ad Collegia opificiaria à Superioribus de Jure adstringi possint?
Ob Handwercks-Leute wider ihren Willen zünfftig zu werden von dem Ober-Herrn mit Recht angehalten werden können? 583

CONSILIUM XXXV.

De divortio, privatione Ususfructus & juris succedendi in Bonis Uxoris revocatione pactorum dotalium, denegatione fructuum ex Rebus Dotalibus provenientium eorumque alienatione, nec non cumulatione actionis injuriarum.

Von einem Ehe-Scheidungs-Process, verlustig gemachten Abnutzen und Successions-Recht in der Frauen Güttern / Widerruffung derer Ehe-Pacten / Verweigerung derer von denen Dotal-Güttern fälligen Früchten und deren Veräusserung / wie auch cumulirung der Injurien-Klage. 620

CONSILIUM XXXVI.

In causa possessorii pro debito ex tutela resultante constituti, inque eo admissæ turbationis.

Von dem constituto possessorio wegen verwalteter Vormundschafft und dahero erwachsener Schuld-Forderung / auch dargegen verübter Turbation. 635

CONSILIUM XXXVII.

De Bonis Avitis Fideicommisso perpetuo affectis, nec non durante matrimonio acquisitis ac maternis, ut & renunciatione filiarum nobilium, divisione rerum pretiosarum, nec non mobilium atque moventium.

Von Alt-Vätterlichen mit einem immerwährenden Fideicommiss belegten Güttern / wie auch was vor währender Ehe erworben oder Mütterlich zu halten? Jngleichen von Verzicht derer Adelichen Töchter / und Theilung derer pretiosen Mobilien und Moventien. 645

CONSILIUM XXXVIII.

Fideicommisso conventionali per Pactum Familiæ introducto, an Agnatus proximior alienationem boni Fideicommissarii in remotiorem factam jure Retractus rescindere valeat?

Wann in einem Burg-Frieden ein Fideicommiss eingeführet worden / ob der nächste Gan-Erbe des Näher-Rechts sich bedienen / und die an einen andern Geschlechts-Vettern gethane Veräusserung oder Verpfändung eines Stamm-Guts umstossen könne? 693

CONSILIUM XXXIX.

An & quatenus Interesse alterius Interesse exigere liceat?

Ob und welcher Gestalten Interesse von Interesse zu fordern erlaubt? 697

CONSILIUM XL.

In puncto renunciationis à Filiâ Nobili pro se & heredibus factæ; ubi quæritur: An illa provalidâ & more

more inter Familias Illustres consueto præstitâ nec non juratâ sit habenda, & Filiis in tantum præjudicet, ut ejus intuitu ab hereditate patrui sint excludendi?

Uber einen von einer Adelichen Fräulein vor sich und ihre Erben gethanen Verzicht / worbey gefragt wird / ob solcher vor kräfftig / und als ein bey vornehmen Familien üblicher / auch vermittelst eines Cörperlichen Eyds bestärckten Verzicht zu achten? Ob selbiger ihren Söhnen dergestalten zum Nachtheil gereiche / daß solchen ihres Vetters Verlassenschafft dardurch entzogen werde?

An in Summariissimo Immissio ex Interdicto quorum bonorum pro illis decernenda, vel Possessorium cum Petitorio cumulandum?

Ob in summariissimo die Immission ex Interdicto quorum bonorum vor selbige zu erkennen / oder das Possessorium cum Petitorio zu cumuliren? 708

CONSILIUM XLI.

De lucranda Donatione propter nuptias nec non nullitate examinis testium & amissione articulorum probatoriorum.

Weme die Widerlage zufalle / wie auch von Nullität der Zeugen-Verhör / und verlohrnen Articulis Probatoriis. 735

CONSILIUM XLII.

An Parentes duas Quartas Legitimam & Trebellianicam de Jure deducere valeant?

Ob auch denen Eltern von ihrer Kinder Verlassenschafft zwey Quartæ von Rechtswegen gebühren? 750

CONSILIUM XLIII.

In causa Testamenti paterni inter liberos à Parocho & sex testibus subscripti, diversorum Legatorum in illo relictorum, Reconventionis á Legatariis contra heredes testamentarios intentatæ, nec non delato vel relato Juramento judiciali.

Uber einen von einem Vatter unter Kindern errichteten / von einem Pfarrer und sechs Zeugen unterschriebenen Testament, und darinnen verordneten verschiedenen Vermächtnüssen / auch von denen Legatariis gegen die Testaments-Erben angestellten Reconvention, und übertragenen oder referirten Judicial-Eyd. 764

CONSILIUM XLIV.

Testamentum ab Aviâ conditum quatenus sit validum?

Ein Groß-Mütterliches Testament betreffend / und wie weit solches gültig? 780

CONSI-

CONSILIUM XLV.

An Pupillis habitationes à Tutoribus cum decreto Magiſtratus absque inevitabili tamen neceſſitate & cauſæ cognitione diſtractas, pretioque in ipſorum utilitatem haud converſo, vindicare liceat?

Ob Pupillen die von ihren Vormündern mit Obrigkeitlicher Bewilligung jedoch ohne tringende Noth oder Unterſuchung der Sache veräuſſerte Hof-Raithe / da der Kauf-Schilling in ihren Nutzen nicht verwendet worden / einzuklagen berechtiget? 817

CONSILIUM XLVI.

In Puncto Pacti Gentilitii à Familia quadam illuſtri conditi, & quomodo iſtud ratione futuræ ſucceſſionis interpretandum?

Einen zwiſchen einem ſichern hohen Hauß errichteten Stamms-Vertrag betreffend / und wie ſolcher wegen künfftig etwa ſich ereignender Fälle auszulegen? 837

CONSILIUM XLVII.

Rationes quomodo ordinatæ eſſe debeant, ut pro fide dignis & ex aſſe perfectis habeantur?

Wie Rechnungen beſchaffen ſeyn müſſen / wann ſolche vor vollkommen und in allen Stücken rechtlicher Gebühr nach eingerichtet zu halten und zu paſſiren ſeyen?

An defectus circa illas occurrentes vel Juramento ipsius Administratoris, vel illo mortuo oblato ab ipsius heredibus Juramento Credulitatis suppleri valeant!

Ob die darbey vorkommende Mängel dardurch ergäntzet werden können / wann entweder der berechnete Diener selbsten solche zu beschwören / oder nach dessen Tod die hinterlassene Erben zu dem Juramento credulitatis sich anerbietig machen wollen?

Quando Rationes pro approbatis nec non redditis & expunctis reputentur?

Wann solche vor passabel angenommen / und dadurch der Diener oder dessen Erben vor völlig liberirt zu halten?

An Administrator vel ejus Heredes ab earum redditione Præscriptionis Exceptione sese liberare valeant?

Item: Ob von selbigen im Gegentheil die Exceptio der Verjährung vorgeschirmet werden könne? 880

Consilium XLVIII.

De Apprehensione Possessionis Bonorum colonariorum ex capite prætensæ Donationis nulliter facta, nec non conservata per Colonos jure Posses-

possessionis, interdicto uti possidetis & decreto manutenentiæ.

Von nichtig ergriffener Possession in Hof-Güttern wegen angeblicher Schenckung / wie auch vermittelst derer Hof-Leute erhaltenen Besitz-Recht / dem Interdicto uti possidetis und Manutenenz-Decret. 909

CONSILIUM XLIX.

In eadem Causa.

Quatenus amicitiæ cultæ & compensationis Meritorum in donationis prætensæ cumprimis magnam quantitatem articulo ratio habeatur?

Wie weit auf die gepflogene Freundschafft und Vergeltung der geleisteten Dienste bey einer angeblichen / zumalen ansehnlichen Schenckung die Absicht zu nehmen?

Constitutum possessorium quando locum non habeat?

Wann das Constitutum Possessorium keinen Platz finde? 918

CONSI-

Consilium L.

De Homicidio à milite ebrio commisso.

Uber eine von einem trunckenen Soldaten begangene Mordthat? 927

PRIMUM

PRIMUM CONSILIUM ſeu RESPONSUM

ſequentes maxime continet

QVÆSTIONES

ad

MATERIAM EMPTIONIS ET VENDITIONIS

pertinentes.

An Conſorti altero irrequiſito partem ſuam pro indiviſo alienare liceat?	Ob einem Conſorten ohne des andern Vorbewuſt ſeinen Antheil pro indiviſo zu veräuſſern erlaubt?
Nudi Tractatus quomodo à contractu differant?	Wie bloſe Tractaten von einem Contract unterſchieden?
An ab Emptione Venditione perfecta reſilire liceat?	Ob von einem einmal getroffenen und vollkomen geſchloſſenen Kauff wieder abzuſpringen erlaubt?
Si terminus ſolutioni deſtinatus præterlapſus, quænam actio detur?	Wann mit dem verglichenen Ziel zu beſtimbter Zeit nicht eingehalten worden / was vor eine Action Platz ergreiffe?
Pro Nobili & Fratre quænam militet præſumtio?	Was vor eine Vermuthung einer von Adel und Bruder vor ſich habe?
An Coloni vel Proxenetæ ad teſtificandum admittendi?	Ob Hoff-Leute oder Unterhändler als Zeugen zuzulaſſen?
Quatenus Juramentum purgatorium à Reo præſtitum juranti proſit?	Wie weit das von dem Beklagten abgeſchworne Juramentum purgatorium ſelbigem zu gut komme?

Qualem effectum cessio inducat?	Von der Würckung einer Cession?
Quando Emptor primus secundo præferendus?	Wann der erste Kauffer dem zweyten vorzuziehen?
An res litigiosa alienari possit?	Ob ein strittiges Gut veräussert werden könne?
Utrum socius sive consors extraneo Emptori præferendus, & Retractus ex capite vicinitatis quando locum obtineat?	Ob ein Consort einem fremden Käuffer vorzuziehen / auch wann und zu welcher Zeit die Marck-Losung statt finde?
Contractus emptionis quando pro perfecto habeatur?	Wann der Kauff-Contract vor vollzogen zu halten?
An proprietas fundi, in quo alteri usus fructus competit, alienari possit?	Ob der Eigenthum eines Guts / woran einem andern der Abnutzen zukombt / veräussert werden könne?
Quatenus membra universitatis testes idonei reputentur?	Wie weit die Zeugen aus einer Gemein vor tüchtig zuachten?
Juramentum litis decisorium morte jurantis confirmatum quidnam operetur?	Von dem Effect, so das durch den Tod bestättigte Juramentum litis decisorium nach sich ziehe.
Quanam actione à contractu emtionis resolvens conveniendus?	Was vor eine Action gegen den jenigen / so von einem Kauff abgehet / anzustellen?
An Testibus variantibus & contradicentibus fides habenda?	Was von Zeugen / so sich selbst widersprechen / zu halten?
Solutio quomodo probanda?	Wie die Zahlung behörig zu erweisen?
An cancellatio Instrumenti ab altera parte insecuta Emptoris approbatio contractum semel initum tollat?	Ob die Zerreissung der Kauffertul andern Theils daraus erfolgte Genehmhaltung den einmal errichteten Contract aufhebe?

Ut

Ut ceſſio ſubſiſtat, quænam requirantur?	Was zur Gültigkeit einer Ceſſion erfordert werde?
Quales cautelæ circa depoſitionem pretii nec non traditionem fundi venditi obſervandæ?	Was vor Cautelen bey Hinterlegung des Kauff-Gelds und Ubergab eines verkaufften Guts zu beobachten?
Quatenus Creditor antichreticus poſſideat?	Wie weit dem Creditori antichretico der Beſitz zukomme?
An retractus Metrocomiæ in Haſſia receptus & quonam ſpatio?	Ob die Marcklosung in Heſſen hergebracht/und wann ſolche vorgenommen werden müſſe?

SUMMARIA.

1. *Tractatus à contractu quomodo differat, & quando in perfectum contractum degeneret.*
2. *Emptor propriâ authoritate fundum ingrediens vitiosè poſſidet, niſi venditor poſſeſſione prius ſe abdicaverit.*
3. *Conſors partem ſuam altero irrequiſito etiam pro indiviſo alienare poteſt.*
4. *In contractu conſenſuali altero invito & ignorante per pœnitentiam reſilire haud licet.*
5. *Quando fides de pretio habita, res tradita non repetitur, licet terminus ſolvendi fuerit præterlapſus, & quænam actio tali caſu competat?*
6. *Nobilium geſta & promiſſa religioſe obſervari debent.*
7. *Præprimis cùm fuerint facta* bey Adelichen Ehren und Glauben / *idq; ampliatur.*
8. *Fratrem à fratre mandatum habere Jura præſumunt, etiam in contractibus. Limitatur* n. 66.
9. *Ratihabitio retrotrahitur & mandato æquiparatur etiam in his, quæ ſpeciale Mandatum requirunt, cumprimis quando facta ob ſpem lucri accipiendi.*
10. *Coloni an & quando pro Domino teſtificari poſſint? & quando unius teſtimonium valent?*
11. *Juramentum purgationis quamvis reo ſuſpicione onerato ad probandam etiam Negativam deferatur, præſtitum tamen juranti haudquaquam prodeſt,*

quando contra illum præsumptio quædam & cumprimis juris militat, & juramentum à verisimili abhorret.

12. *Renunciatio juris alteri jam quæsiti non attenditur, præsertim quando renuncians de jure jam tum alteri cesso venditorem reddidit certiorem, absolutâ cessione cedentis jus expirat.*

13. *Illi, quibus prius res vendita & tradita præferuntur, his cum quibus nuda venditio celebrata*

14. *Qui pignoris causa fundum Creditori tradit, uti & qui solam proprietatem habet, veluti debitor possidere intelligitur, non verò Creditor etiamsi possessionem naturalem habeat.*

15. *Quamvis in Emptores secundos licet fraudis participes empti prædii Dominium transierit, actione tamen in factum revocatoriâ alienatio revocari potest.*

16. *Res litigiosa nullâ ratione alienari potest, & quando alienatio hujusmodi sit ipso jure nulla?*

17. *Socius sive consors extraneo Emptori præfertur, & partem rei communis ei venditam retrahere potest, sive societas sit conventa sive fortuita.*

18. *Prædia adjacentia, aditum præstare debent iis, qui prædium suum adire non possunt, & publicè interest prædia potius integra manere, quam in partes distrahi.*

19. *Retractus ex capite vicinitatis, Germ.* die Marcklosung/ *quando in loco rei sitæ est receptus nulla probatione indiget.*

20. *Et pro favorabili reputatur. Limitatur* n. 61. & 63.

21. *Omnes Contractus voluntate, potestate & legitimo modo canonizari debent.*

22. *Voluntas in contractibus utramque facit paginam & ex instrumentis etiamsi privatis evidens redditur, quando ipsum Originale in Judicio productum & à parte adversa recognitum fuit. Idq́; obtinet in instrumento tum proprio tum alieno.*

23. *Licet Dominus proprietatem fundi, in quo alteri competit usufructus liberè alienare possit, fallit tamen hoc in persona Patris usufructuarii.*

24. *In causis universitatem concernentibus omnia ejus membra convocari, & eorum approbatio accedere debet. Ampliatur* n. 43.

25. *Quan-*

25. *Quando Membra Universitatis testes idonei reputentur?*
26. *Instrumentum qualem præsumtionem pro se habeat?*
27. *Venditioni tacitè inest conditio, ut pretium solvatur.*
28. *Traditio justo titulo præcedente & pretio soluto facta operatur dominii translationem & pertinet ad substantialia consecutiva. Quando Creditor Hypothecarius antichreticus pignus Emptori restituens jus possessionis in hunc transferat?*
29. *Contractus celebrari non possunt nisi à personâ eo tempore habili.*
30. *Quilibet suo potius quam alieno nomine contraxisse præsumitur. Quænam ad alienationem rei alienæ requirantur?*
31. *Contradictio consensum exterminat & contractum removet.*
32. *Præstito juramento litis decisorio secundum eum, qui juravit, judicatur maximè, si ex post facto nova quædam instrumenta in contrarium haud fuerint producta & jurans morte postea subsecutâ id quod juramento obtinuit, corroboravit.*
33. *Quamvis Emptor primus à contractu emptionis resiliens ad præstationem ejus, quod interest, conveniri possit, nec non interdum ex delicto teneatur, contractus tamen posterior propterea non invalidatur.*
34. *Termini solutionis adjectio certissimum fidei habitæ argumentum censetur.*
35. *Quando fides per Vendentem haberi non potuit, an dominium transferatur?*
36. *Testes variantes & sibi contrarii nullam fidem merentur, nec illorum rationibus incongruis creditur. Jung.* n. 45.
37. *Rei venditæ dominium in Emptorem haud transit, nisi pretium numeratum, vel aliter Venditori fuerit satisfactum.*
38. *Quod in actis non continetur pro non facto reputatur, & negativa præsumptio fortior quàm affirmativa.*
39. *Tametsi cancellatio Instrumenti contractum non tollat, aliud tamen obtinet, si is, qui instrumento obligatur, contrarium contestatur.*
40. *Consensum exprimere dicitur, qui utitur verbis mentem apertè demonstrantibus, & oblatum recusare intelligitur, qui factâ sibi denunciatione contractum cum alio consummatum iri acquiescit.*
41. *Approbationis signum est, quan-*

